

www.e-rara.ch

**Pavli Iovii Novocomensis Episcopi Nvcerini Elogia Virorum literis
illustrium, quotquot vel nostra vel avorum memoria vixere**

Giovio, Paolo

[Basel], M D LXXVII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-132417>

Pandulphus Collenucius

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Pandulphus Collenucius.



PANDVLPHVS Collenucius Pifaurensis ingenio peracri, & studiorum rerumque omnium erudita notitia perornato, nobilissimarum Italiae urbium praeturas gessit: functusque grauiissimis legationum muneribus illustri facundia, & gestu pernobili Latini oratoris nomen impleuit. Caeterum tanto ingenio temperantia deerat, vt nulla in arte summum laudis fastigium teneret. In satiabili etenim cupiditate semper vagus in omnes disciplinas ferebatur, quum esset ex professo iureconsultus: vt facile reliquarum facultatum principes, disputatione, scriptisque lacefferet: quod nihil, nisi valde excellens, probare esset solitus, & quaeque mediocria fastidiret. Indignatione siquidem superba, & ostentatione praecipiti, Plinium aduersus calumniatorem Leonicensem disertissime defendit. Scripsit & libellum de Vipera: ac item facetissimum capitis & pilei

pilei Dialogum: postremo etiam Neapolitanorum regum res gestas Etrusco quidem sermone in gratiam Herculis Atestini, qui Latinas literas minime didicerat. Multa autem lectu iucunda, eleganter inchoata absolueri nequiuit, quum apud Ioannem Sfortiam Pisarensem Tyrannum, quem deprehensis literis offenderat, supra veterum officiorum memoriam, dissimulata recentis odij libido valuisset. Vir enim incaute Tyranno fidens, ea nece indignus, in carcere strangulatus interiit.

Ferdinandi Balamij.

*Ignoscit Collenucio Tyrannus,
Mox illum necat: ô scelus nefandum,
Vincens seuitiam Neronianam.*

Latomi.

*Esto: Tyrannus strangulauit impia
Nimis, heu: apertum fraude Collenuccium
Illumue, ô hospes, an magis se perdidit?
Sua ille viuit claritate in litteris,
Actæque vitæ nobili præconio.
At iste tali morte viuens concidit,
Quod nunc mori ut nec viuere olim, non liceat
Illius vtrumque præstruente gloria:
Proinde verum si tacere nolumus,
Non vim Tyrannus intulit, sed passus est,
Quæ laurea illi prorsus est clarissima.*

b 3